

folio

lxxxix

in manū habenas vt scilicet premineat fides  
 luceat: potestas regat. Sanctū autē Quiriacum  
 cum ep̄m Julianus apostata postmodū in  
 terfecit eo q̄ sanctam crucem inuenit. cum  
 vbiq; signū crucis destrueret intereretur. Quā  
 enī contra peras p̄geret: cepit quiriacū in  
 uitate ad sacrificia ydolorum. quod cū ille  
 renueret de teras abscidi fecit: d. Hac ma  
 nu multas ep̄las scripsit: quibus multos  
 a deorum sacrificijs reuocauit. Cui quiriacū  
 eius. Multū mihi canis insensate profuisti  
 q̄ priusq; in xp̄m crederem sepius ad sina  
 gogas iudeorū scribebam ep̄las: vt nullū  
 in christū crederet. et ecce nunc scandalum  
 mei corporis abscidisti. Tunc Julianus plu  
 bum liquari fecit et in os eius infudit. De  
 inde lectum ferreum affert et in eo quiriacū  
 cum extendi. et subter carbones sal et adipe  
 spergi. Sed cum quiriacū uniuersis p̄  
 maneret: dixit ei Julianus. Si non vis sa  
 crificare dijs saltem dic te christianū nō eē  
 Quod cum e. ecrans recusaret. insit altari  
 foueam fieri. et serpentes venatos ibidem  
 imponi. et quiriacū in eam iactari. sed ta  
 men continuo serpentes mortui sunt. Ius  
 sitq; Julianus in caldaream oleo feruentissi  
 mo plenam quiriacū mitti. Qui dum se  
 signans sponte intrare vellet: rogans domi  
 num vt eum iterum in lauacro martij ba  
 ptizaret. Itatis iulianus iussit pecus eius  
 gladio p̄. rari et sic in domino consumma  
 ti meruit. Quanta autem sit virtus cru  
 cis in illo fideli notario patet quem quidā  
 magus decepit. et ad quendam locum in q̄  
 demones aduocauerat duxit: promittens  
 ei q̄ multis diuitijs abundaret. Et ecce quē  
 dam magnū ethiopian super excelsum thro  
 num sedentem et in circuitu ei⁹ alios ethi  
 opes circa eum cum lanceis et fustib; stan  
 tes. Tunc ille demon magū predicū inter  
 rogauit. Quis est iste puer. Et ille. Do  
 mine seruus vester est. Qui demon Suis  
 me adorare et seruus meus eē et xp̄m nūm  
 negare faciam te ledere in dextera mea. Il  
 le autem mox signū crucis edidit et se chri

sti saluatoris seruū libere eē exclamauit. Sta  
 timq; vt edidit signum crucis omnis illa mi  
 litudo demonum euanuit. Post hoc cū  
 quadam vice templum sancte Sophe no  
 tarius predictus cum domino suo intrasset.  
 et ante saluatoris imaginem ambo starent:  
 vidit dominus eius q̄ predicta ymago su  
 per notarium oculos fixos haberet et ipsum  
 attente aspiceret. Quod videns dictus do  
 minus et admirans iuuenem ex pte dexte  
 ra stare fecit. viditq; q̄ ymago in illam p̄  
 tem iterum oculos voluisset. et super ip̄  
 sum notarium fixos haberet. Rursus quo  
 q; fecit eum ex parte sinistra ire. Et ecce ite  
 rum ymago oculos voluit. et notarium vt  
 prius respicere cepit. Tunc adiuratus a do  
 mino vt sibi diceret quid apud deū meru  
 isset. p̄pter quod sic eum ymago respiceret  
 dixitq; se nullius hominis consciū esse nisi q̄  
 eum coram dyabolo negare nolisset.

De sancto Iohanne ante portā latinā.

**I**ohannes apostolus

et euangelista dum ep̄b̄si predicaret a pro  
 consuli capitur. et vt dijs imolare iuratur  
 et ad Domicianū impatorem ep̄la defina  
 tur: in qua magnus sacrilegus et deorū con  
 temptor et crucifixi cultor nominatur. Ius  
 su ergo Domiciani romam deducitur et de  
 ducto omnes capilli pro terificatione a capite  
 prelcinduntur. ac ante portā vrbis que la  
 tina dicitur in colium feruentis olei igne  
 et subter cadente precipitare iubetur nullū  
 tamen ibidem dolorem sensit. sed penitus  
 illesus exiit. In illo ergo loco a christia  
 nis ecclesia fabricatur. et dies illa tanq; vt  
 es sui martij solemnizatur. Cum ergo nec  
 sic a predicatione christi cessaret iussu Do  
 miciani in insulam patmos relegatus ē.  
 Nec tantum impatores romani aposto  
 los persequerantur. quia christum predi  
 cabant cum ip̄si nullum deum respicerent:  
 sed quia ipsum sine senatus autoritate de  
 ificatum aiebant. quod ip̄si omnino fieri  
 prohibebant. Unde legitur in historia ec  
 11 19